

Index Argumentorum.

DECISIO XII.
R. P. D. LANCETTA Decano.
Romana Testamenti.
Lunæ 23. Februarii 1722.
ARGUMENTUM.
Testamentum Patris inter Filios ut observandum sit, non alias quam naturales probationes requirit, & quid si scriptus fuerit exaratum ad explicationem Textus in §. Nos igitur Auth. de Testam. imperfect. Valere autem, etiam contineat inaequalitatem, & non modo filiis, sed etiam prodesse ceteris descendibus & causæ piæ, secus extraneis. Uxori pauperi deberi quartam in bonis Viri in sequentibus Decisionibus late examinatur atque definitur.

DECISIO XIII.
Eodem.
Eadem.
Lunæ 11. Januarii 1723.
ARGUMENTUM IDEM.
DECISIO XIV.
R. P. D. CERRO.
Eadem.
Lunæ 24. Januarii 1724.
ARGUMENTUM.
Agitur de eadem materia, & præterea de Testamento facto calore iracundiæ.

DECISIO XV.
R. P. D. CRISPOLTO.
Faventina Immissionis.
Merc. 5. Maii 1723.
ARGUMENTUM.
Donatio facta à fratre alteri fratri quomodo comprehendat Jus succedendi in emphyteusi ex pacto & providentia.

DECISIO XVI.
Tusculana Immissionis.
Ven. 2. Julii 1723.
ARGUMENTUM.
Repræsentationis Beneficium procedit tam in Successionibus ab intestato, quam in illis ex Testamento, & signanter in fideicommissis; nisi per contrariam enixam testatoris mentem submoveatur: quam ex vocatione Proximioris in gradu illiusque prælatione minus proximo minime deduci in hac decisione, & in sequenti solidè firmatur.

DECISIO XVII.
Eadem.
Eodem.
Ven. 3. Decembris 1723.
ARGUMENTUM IDEM.
DECISIO XVIII.
R. P. D. LANCETTA Decano.
Bononien. Manutentionis.
Ven. 15. Maii 1722.
ARGUMENTUM.
Prohibitio detractionum unius speciei ad diversas species per clausulas generales quando non extendenda. Quid inter dotem in fructibus, & illam in usufructu constitutam interfit, & quomodo alterutro modo constituta dicatur. Quando procedat, hæredem meliorantia perpetuam utilitatem afferentia non posse deducere.

DECISIO XIX.
Eodem.
Hosien. seu Corana Fideicommissi.
Ven. 20. Junii 1721.
ARGUMENTUM.
Agitur in hac & sequenti dec. de questione resolutionis pluralitatis in singularitates ad explicationem Text. in L. hæredes mei §. 5. cum ita ff. ad Sen. Cons. Trebell. & rejiciuntur plures conjecturæ allegatæ pro inducenda dispositiva vocatione filiorum positorum in conditione in exclusionem resolutionis pluralitatis in singularitates.

DECISIO XX.
R. P. D. CRISPOLTO.
Eadem.
Ven. 26. Februarii 1723.
ARGUMENTUM IDEM.
DECISIO XXI.
R. P. D. ROUAULT DE GAMACHES.
Cavallicen. Immissionis, seu Primogenitura.
Ven. 21. Junii 1720.
ARGUMENTUM.
Facultas nominandi quibus verbis liberè à Testatore concessa dicatur ita ut exerceri valeat non servato ordine Scripturæ inter nominandos designatos. Ordo Scripturæ

quando nullam sit aptus tribuere prælationem. Transactio circa bona fideicommissa subiecta non afficit venientes jure proprio tam si destituta est bona fide, quam si non comprehendit nisi jus transigentium. Transactio super Successione Testamenti tabulis non lectis est nulla juxta Text. in L. de his ff. de Transact.

DECISIO XXII.
R. P. D. CORIO.
Auximana Bonorum super Primogenitura Ludovicæ Guzzolina.
Lunæ 23. Aprilis 1725.
ARGUMENTUM IDEM.
DECISIO XXIII.
R. P. D. CRISPO Archiepiscopo Ravennaten.
Romana Alimentorum.
Veneris 23. Julii 1719.
ARGUMENTUM.
Agitur in hac Decisione de alimentis debitis filiis legitimis per scriptum, scilicet de eorum quantitate, & loco, ubi sint præstanda.

DECISIO XXIV.
R. P. D. CRISPOLTO.
Reatina Legitimæ.
Lunæ 31. Januarii 1724.
ARGUMENTUM.
Substitutio pupillaris facta filio in re certa instituta quando resolvetur in fideicommissariam, ita ut Matrem non excludat.

DECISIO XXV.
R. P. D. RATTO.
Eadem.
Lunæ 21. Januarii 1725.
ARGUMENTUM IDEM.
DECISIO XXVI.
R. P. D. FOSCARO.
Romana Alimentorum.
Lunæ 24. Aprilis 1719.
ARGUMENTUM.
Alimenta loco duarum unciarum filiis naturalibus assignata sunt transmissibilia ad hæredes. Pater naturalis decedens cum Testamento quando dicatur noluisse adimere Filio successionem in duabus unciis.

DECISIO XXVII.
R. P. D. ROUAULT de GAMACHES.
Romana Cambii.
Lunæ 10. Januarii 1724.
ARGUMENTUM.
Creditor Cambii fructus licite recipere non potest nisi probata litterarum transmissione ad nundinas cum reditu & acceptatione per earum productionem, vel per æquipollentes probationes, quas in hoc casu deesse declaratur, rejectis pluribus argumentis ad id adductis.

DECISIO XXVIII.
R. P. D. LANCETTA Decano.
Fanen. Immissionis.
Lunæ 21. Julii 1723.
ARGUMENTUM.
Ususfructus cessus domino proprietatis fideicommissio gravato quatenus extinguatur, ita ut transeat ad fideicommissarios, non autem ad hæredes ejusdem proprietarii.

DECISIO XXIX.
R. P. D. FOSCARO.
Romana Successionis super hæreditate Joannis Frofini.
Lunæ 19. Januarii 1719.
ARGUMENTUM.
Fiducia est probetur per declarationem fiduciarii solemniter, & cum juramento emissam, verisimilior tamen redditur ex concursu plurium circumstantiarum, de quibus in præsentis decisione.

DECISIO XXX.
R. P. D. RATTO.
Veliterna ususfructus super manutentione seu Immissione.
Ven. 25. Januarii 1726.
ARGUMENTUM.
Substitutio reciproca admitta cum compendiosa si facta sit per sonas imparibus non continet pupillarem, sed resolvetur in fideicommissariam, ita ut Matrem à Successione impuberis non excludat, nisi valida concurrant conjecturæ, quarum plures in hac decisione rejiciuntur.

S. ROTÆ

(I)



S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES
RECENTISSIMÆ,
D. D.
CASTILLO
TRACTATUI
DE ALIMENTIS
Super-additæ.

R. P. D. FOSCARO.
ROMANA FIDEICOMMISSI DE AVILA.
SUPER RESERVATIS.

Lunæ 15. Junii 1720.

ARGUMENTUM.

Alimenta præstata per Patrem Filio non compensantur cum fructibus pecuniæ ad investimentum destinatæ eidem filio legatæ sub administratione paterna quoties concurrunt argumenta exclusiva potestatis, & voluntatis compensandi, de quibus in præsentis decisione, in qua explicatur conclusio quod administrator censetur alimenta præbere de bonis administratis ad intellectum L. Nessennius 36, ff. de Negoc. gest.

SUMMARIUM.

1 Restitutio in integrum datur à sententia injusta.
2 Alimenta filiis præstata à Patre non compensantur cum fructibus legati cum omnimodâ libertate
Decisiones noviss. ad Castillum de Alimentis.

- filiis relicti sub paterna administratione, & n. 5.
- 3 Ususfructus censetur per hanc liberam facultatem filiis tributam patri interdicitur.
 - 4 Et compensatio cum alimentis.
 - 6 Filii hæredis cogniti Testatori, & legato honorati jus suum metiuntur independenter à Patre.
 - 7 Legatum dimittit jus hæredis.
 - 8 Legatum relictum ad onus hæredis, non debet in ejus utilitatem verti, ut cum illo compensare valeat alimenta filiis debita.
 - 9 Compensationi, de qua supra, repugnat traditio legati filiis faciendâ ex jussu testatoris.
 - 10 Administratio seniori potius quam juniori commissa præsumitur.
 - 11 Pater non tenetur alere filium divitem.
 - 12 Amplia non obstante contraria Testatoris voluntate.
 - 13 Limita nisi pater per acceptationem hæreditatis illius observantia se obstrinxerit.
 - 14 Voluntas à potestate metiendâ.
 - 15 Actus præsumitur voluntati agentis non adversari.
 - 16 Alimenta per patrem filio data, potius ad implementum obligationis naturalis, quam ad inducendam compensationem cum diverso debito erga filium referenda sunt nisi contraria intervenerit protestatio, & n. 22.
 - 17 Limita in Patre administratore.

A 18 Text.